



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

§. III. An fidae Ecclesiae habeant rem communem pro indiuiso locari
solitam, possit altera ex dictis ecclesijs inuita altera rem locare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

S. III.

An *fidua Ecclesia habeant rem communem pro indiviso locari solitam, possit altera ex dictis ecclesijs inuita altera rem locare.*

23 **R** Esp. affirmatiue, dummodo vtiliter locet, & iuxta solitum, neque alteret formam locationis in præiudicium alterius: quod procedit etiam in priuatis, potest enim socius inuito socio rem communem pro indiviso locare *Bart. in l. & hæc distinctio §. ult. nu. 2. ff. locat. Rot. d. decis. 692. num. 3. & seq.*

Addit Ricc. in *Collect. dec. 655. p. 3* quod si duo Curati habeant prædia indiuisa, alter alteri de consensu Episcopi poterit prædium ad vitam locare; sed hoc procedit in prædiolis iuxta cap. *terrulas 12. q. 2. ut nos infra dicemus.*

S V M M A R I V M.

- 1 *Quæ conditiones requirantur, ut concessio in emphyteusim fieri possit sine solemnitate.*
- 2 *Quando dicatur res solita concedi.*
- 3 *Euidens ecclesie utilitas debet adesse tempore vltimæ concessionis.*
- 4 *Si alteretur solitum in substantiâlibus, concessio fieri non potest absque Sedis Apostolicæ beneplacito.*
- 5 *Quando dicatur alteratio circumstantiâ, & num. 6. & 7.*
- 8 *In iure non est permissa concessio emphyteusim ecclesie ultra tres*

personas, scilicet recipientis, filiorum, & nepotum, & nu. 9.

10 *Declaratur, & limitatur supra dicta conclusio, & numero. 11. & 12.*

13 *Quando res sterilis in emphyteusim datur ei, qui illam fertilem fecit, potest in perpetuum concedi.*

14 *An concessio in emphyteusim vitietur in totum, quando alteratur consuetudo.*

15 *An Prælati possit sine solemnitate infeudare, vel in emphyteusim concedere res solitas concedi, quando cessat prima causa concessionis.*

16 *Et quid, si est incorporata mensa ecclesie.*

17 *Et an possit de nouo concedi res data ecclesie cum pacto, quod alienari non possit.*

C A P. VI.

Quibus casibus concessio in emphyteusim absq. assensu apostolico fieri possit.



T concessio in emphyteusim fieri possit sine solemnitate d. extrat. ambitiosa, tres conditiones requiruntur, videlicet ut fiat de bonis solitis ab antiquo dari in emphyteusim, & cum eundem vtilitate, & in casibus à iure permissis, ut notant DD apud *Quarant. in ver. alienatio n. 39. Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 95. n. 22. Bonac. in tract. de alien. bonor. eccles. disp. 2. q. vn. pun. 2. n. 20.*